

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker Rudolf Gasto

**Sermonem Iuridicum De Absentia, Ex §. 2. Inst. de Excusat. Tutor. vel Curat. §. II.
de in util. stipul. tit. de Oblig. ex consensu. §. 5. de Action. ...**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735196249>

Druck Freier  Zugang



Absenderkarte

Ru jw. 1660
Hinrich Rudolf Redeker, Paris. 16
Rudolf Gasto, Resp.

JEHOVA
Præsente & Patrocinante!
SERMONEM JURIDICUM
D E
ABSENTIA,

Ex §.2. Inst. de Excusat. Tutor. vel Curat. §.II.
de in util. stipul. tit. de Oblig. ex consensu. §.5. de Action.
I. 24. 25. ff. de Adoption. I. 3. 4. & §. II. seqq. I. 28. pr. 3. 34. cum 4. II. seq. I. 42.
ff. Ex. Quib. cauf. Major. I 4. ff. de Sponsalib. I. 5. ff. de ritu nuptiar. I. 4. I. 10. ff. de
donation. I. 199. ff. de V.S. I. 9. ff. de V.S. I. 9. C. Qui testam. facere poss. I. 3. pr. C.
de inutil. stipul. I. 6. C. de donat can. I. 3. can. I. 18. 3. q. 9. cap. 22. 24.
X. de præbend. & sexcentis aliis iuris textibus.

Præsidente & Dirigente
DN. HEINRICO RUDOLPHO
R E D E R E B R Y /
J Cto & Antecessore in hoc Athenæo Ar-
cto-Pæstano famigeratissimo, Promotore & Præ-
ceptore suo ætatem venerando.

*Justitia satellitibus, verum non fucatum Philosophiam affectan-
tibus in theatro Major. Audit. d. 6. Oct. horis solitis.*

Amicæ & infucatæ consermocinatōi committit

AUTOR & DEFENSOR
RUDOLPHUS GASTO,
Gubenæ Lusatus Juridicinæ Cultor.

ROSTOCHII,
Vestiebatur Typis KILIANIS, 1660.



ANTELO^QVIVUM.

 Um per medium juris profun-
dum §. 2. Proēm. Inst. oculos meos traji-
cio, & sacratissimum Justitiae templum
l. §. 5. C de V.I.E. undiq; perlustro, nul-
lam palato meo jucundiorem, in Aca-
demis & foro utiliorē publicā disqui-
sitionis incudi subjiciendam, quām hanc præsentem
de ABSENTIA arripere possum materiam.

Non opus est ut eam prolixis verborum lenociniis,
quod omnes ferè qui disputationē vel quamc. rem tra-
ctandā suscipiunt facere solent Schneid: ad pr. Tit. Inst. de
action. extollā. Utilitas ejus ostēdit se ipsā l. 1. pr. ff. de Restit.
in integr. l. 1. § 1. Nauta, Caupon. & Stabull. l. pr. ff. de Exercit.
action. l. 1. ff. de trib. Act. Quippe omnes juris articulos am-
bitu suo includit & in omni pene corpore juris effusa est
l. un. pr. C. de Re iuxor. action. Nonne soli, qui tamen illu-
strari haud debet c. si omnia 6. q. 1. faculas apponerē? Hanc
igitur materiam ex dispersis tot autorum voluminibus
l. 1. §. 2. C. de V.I.E. in aliquam exercitationis erigere con-
sonantiā §. 2. Proēm: Inst: eamq; aliquali prout res pati-
tur, l. 2 in fine ff. de statu homin quoad possibile erit l. 1. § 1. ff.
de Excus. Tūt vel Cur. quāvis non pulcherrimo opere ex-
truere l. 1. § 5. C de V.I.E & publicē exhibere volui, ut pa-
triæ & amicis absentia simul & in hac Academia præ-
sentia mea reddant rationes. Quilibet conatum meum
boni consulat. Tu verò, Æterne Pater, sis mihi absen-
tiam tractanti numine tuo præsens totiusq; operis mei
præsul! l. 2. pr. C. de V.I. Enucleando.

SER-

Ne tanquam errores & fugitiivi per campum Materiæ nostræ incerti vagemur, non abs refore visum fuit, Methodum, quam adhibuimus hac tabula exprimere.

		Etymol.		
		1. Definitionem Homon.		
	Caput I.	nominalē Syn.		
	Exhibens	2. Realem		
Generalis		3. Causam Efficientem	Imperiosa	Imperator
	Caput II.	proponit divisiones generales à fine.	Cum dignitate	Electores
		Publicus	Magistratu	Clerici
		1. Considerat personas re- specū status qui vel	Sine. Civitatis cives	Decuriones
			Profess. Merca- tores.	Imperiū experte, quales sunt
		Privatus respect.	Dominicæ, Servi. Ascriptiū. Vasallī.	Legati Milites ICtū Medici Notarii
			Potestatis	Constituenda patriæ per Solvenda.
				1. Nuptias & Sponsalia 2. Legitimationem, 3. Adoptionem.
Specialis				
	3. Capita continet			
		Acquisitio- nem	Singularem Universalem	Constituenda Solvenda.
	2. Circa rerum			
		Obligat.	Ex contractu Vero Quasi	Reali Verbali Liter. Consensuali.
			Delicto	Privato, Publico.
				Quasi
				Index
				Principales Actar Reus
				sonas qua Minus Principales Procuratores, Defensores.
	3. Judicia			
		Constituta quædam	Præcedunt Fiunt in ipso	Substantialia ut Cittatio Accidentalia Contumacia.
				Probatio Sententia.
				Per testes Iuramento
				Constitutio collatio, &c sic ad portum conellimus.

SERMONIS JURIDICI
DE
ABSENTIA
PARS GENERALIS ejusq; CAPUT I.

Exhibens m̄ p̄m̄

I.



um in omni tractatu, rerum quidem potior, prior tam
men verborum ratio haberi debeat l. i. ff. de l. & l. i.
ff. de R. C. l. i. §. 2. de suspect. tutor. l. 7. in fine ff. de supell. le-
gat. merito tūm secundum hāc Juris Antistitium præ-
cepta, tūm etiam secundum Philosophorum, qui hāc
passim inculcant, monita, antequam ipsam rem ag-
grediamur nominalem absentia definitionem delibabimus. Nefas enim
esset, tractationem promittenti, omissis initii, nec verborum repetita
origine atq; ita illotis manibus protinus materiam tractare. l. i. ff. de
Orig. Jur.

2. Absentiam *Johan Bonifacius tr. de furio ad § 10. n. 129.* dictam ex
Varrone refert ex ab & sensu. Hinc furiosi dicuntur absentium loco esse
l. 2. §. pen. de Jur. Codic. l. 17. S. i. ff. de injur. l. 5. l. 124. §. 3. ff. de R. l. non ani-
madverentes ea que agutur *Gloss.* in l. 2. §. fin. ff. fol. matrim. in quos dici
solent adagium illud. Præsens peregrinatur. Amantes qui absentes, cogi-
tatione rei amatae semper adhærent, ex quorum confortio erat Dido
apud Virgil. l. 5. Aen.

Sola domo maret vacuā stratisq; relictis

Incubat: Illum absens absentem audireq; videtq;.

Verum hāc potius allusio quædam est, quam vera Etymologia. Rectius
dicitur vocab. Absens, unde Absentia, compositum esse ex ab & ens,
quasi qui abs est. Adeat pleniorē cognitionē desiderans Senatus
Populumq; Rhetorum, Grammaticorum & Criticorum qui de hisce
rebus sepe bella (quod hic minimē bellum foret,) suscipiunt.

3. Sumitur Absentia in jure nostro variis modis. Et quidem t.
Extenditur adres, & sic sumitur nimis impropriè, pro interitu rei, cor-
ruptionē, mutationē, transfigurationē, amissione l. 13. l. 14 ff. d. V. S.
Wegner; ibid. deinde res abesse dicitur, in qua obligati sumus. l. 28. in fin.
ff. de

43

6. de negot. gest. Portio & alio modo res abest l. 34. §. 7. ff. d. leg. i. vid. Paris. h. v. & Gadd. ad. d. l. 1. 13. 14. f. d. V. s. Hosce significatus in primo statim limine à nostra Absentia absesse jubemus. 2. Refertur tantum ad Personas, & iterum 1. Maxime impropre sumitur pro morte s. absentibus ex hoc mundo c. selegatus de officio deleg. in. 6. Alciat. ad l. 13. de V. S. n. n. qui tamen rectius dicuntur desuisse esse, aut in rerum natura non esse §. 1. de inut. stip. 2. Impropre pro eo qui corpore praesens animo absens est, ut furiosus, pupillus ebrius, dormiens l. 27. §. 2 ff. de recept. arbitr. l. 2. §. 3. ff. de jure Codicil. l. 17. §. 11. ff. de injur. l. 12. 4. §. 1 ff. de R. l. ubi Sand: nec Oblst. l. 2. de procur. 3. Proprie sed strictissime ad & certa & singularem accommodatur materiam. Sic in Prescriptionib. denotat illum qui in alia provincia domicilium habet l. fin. C. de Prescript. 10. vel. 20. an. Schneid. ad tit. Inst. de Usuc. de specieb. prescript. n. 3. in tutoris datione, qui extra urbis continentia est §. 1. 3. de Usucap. l. 174. 199. ff. de V. S. Et Gadd. ib. In Judicio qui in jure non est l. 1. & §. 5 ff. de damn. infecto, qui à tribunal abest l. 51. §. 5. 9 ff. de fideicom. libertat. quamvis in civitate vel in hortis sit l. 5. 6. ff. de procur. jung. t. t. de Cler. non resid. in stipulationibus, qui alterum audire nequit l. 1. ff. de V. Obl. Nobis hic in impræsentiarum Absentia tam latè sumitur ut prædictas hasce omnes fore includat species.

4. In Synonimis evolvendis & recitandis hic non laborabimus absens enim idem est ac non præsto vel non praesens esse §. 12. de inut. stip.

5. Definienda nunc est absentia. Rem aggredimur difficilem & periculosam l. 202. ff. d. R. 1. Quam nullibi definitam in tam lata significatione invenio; sed ubiq; speciales definitiones occurunt, quæ tamen subinde in alia materia diversa variant. Quid igitur? Confugiendum nead Philosophos qui artifices hac in arte credituntur. Artifica. in arte sua credendum l. 1. §. 1. de Vent. Inst. Schneid. ad 1. item pretium Inst. de empt. & vend. n. 12. Et hoc extenditur ad omnes artificium aliquod profientes usq; ad caprarum & vitulorum custodem. Idem ad §. præterea Inst. de leg. Aquil. n. 4 in fine. Hinc ars agri tensoris plurimum valet, ejusq; sententia instar judicis observatur. Dn. Dn. Schnobel. disp. 7. tb. 29. & in Medicis semper autoritatem Medicorum si præcipue juraverint Gail. 2. 6. 111. n. 13. sequuntur J. C. l. 12. ff. de Stat. hom. l. 3 ff. si pars hæc pet. l. 16 ff. de solut. nec Philosophorum minima apud eosdem habetur ratio. l. 2. ff. de legib. l. 76. de Judic. l. 39. de pœnisi. Verum n. v. minime hoc consultum videtur. Nam non pro Helena tam acriter certatum est quam à πολυχεφάλῳ Philosophorum vulgo pro genere alicujus definitionis, Dannbau. in sua

syll.

syl. Diatr. t. c. t. Facit huc quod J. C. t. minime anxiuntur in formandis ac-
finitionibus secundum reg. Philosophorum. Sic enim hac de re Zafini
J. C. torum German. Coryphaeus ad. l. i. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. tom. 3.
p. 79. Non necesse est quod in jure nostro (id quod ſepe dixi) definitio-
nes à quidditate à differentiis essentialibus ſumantur, ſicut apud Logi-
cos : Hoc enim eſt difficile, cum differ. essentiales plerumq; nobis ſint
incognitæ, ut dicit Agricola, & hoc eſt quod dicitur in l. 202. de R. I. Suf-
ficiat ergo nobis, ſi definitio resolvat, declareret rem ut poffit intelligi ſal-
tem à posteriori. Hæc Zaf. d. l. & ead. fere. in l. ſtip. de V. O. tom. 3. p. 455. n. 15.
l. action. de A. & Obl. tom. eod. p. 449. n. 15. Hæc certè inſigneret faciunt
pro definitione noſtra à vellicationibus Logicorum quas tamen haud
metuimus, defendenda, quam hiſce exprimere lubet verbis. *Absen-*
tia eſt *carentia personæ à loco in quo debuit vel*
potuit eſſe präſto. Hæc definitio complectitur o-
mnem personæ absentiam, quēcumq; actum vel
contractū respicias, adeoq; tam lata eſt, ut ſe per
omne jus diffundat. Ubi verò personæ absentia non conſide-
ratur, eo enim non opus eſt ut extendatur, ut in l. fin. C. de preſcript. 10.
vel. 20. an. locus autem quid ſignificet vid. l. fundi de V. S. & ibi DD.

6. *Cauſa efficiens Absentia* eſt vel *remota* vel *proxima*. *Remota* eſt
negotium aliquod urgens seu impellens quod pro diversis circumstan-
tiis etiam diverſum eſt. *Proxima* eſt *Persona absens*.

PARTIS GENERALIS CAP. II.

Enarrans quasdam species absentiæ generales,

7. Communiter à Dd. dividitur absentia respectu finis in quinq;
species. *Alia enim eſt 1. Necessaria & probabilis, veluti cum quis reip.*
cauſa abeft l. i. pr. ff. ex Quib⁹ cauſ. major. vel militiæ l. 40. eod. anno næ
urbis adjuvandæ l. 5. §. 3. ff. de Jure immunit. 2. *Alia Necessaria ſed impro-*
babilis veluti relegatorum. 3. *Alia probabilis ſed non necessaria veluti*
Studioſorum l. 28. ff. Ex quib⁹ Caus⁹ major. qui amore Scientiæ exiles fa-
cti, de deditiibus pauperes, ſemet ipſos exinaniant, vitam ſuam multis
periculis exponunt. Atheni. Habitæ. C. Ne filius pro patre. 4. *Alia nec pro-*
babilis nec necessaria ſine contumacia tamen veluti mercatorum l. 72. ff.
Ex quib⁹ Caus⁹ major. 5. *Alia demum omnia, o voluntaria eorum ſc. qui*
contu...

contumaciter absunt vel latitent. l. 53 ff. dere judic. Et ita sentit Glos. in fin. in verbo Appellare ff. de Rest. in integr. Barthol. ibid. nunc. 7. Jason in §. rur. Ius Inst. de Act. in pr. Zaf. id. d. S. n. 3. Mynsing. in comment. Inst. de Act. n. 22. & seq. Schn. ad t. de Inst. de nupt. parte 3. n. 38. Arnoldus de Reyer in Thes. juris. verb. absentia. Johan Calvin. in Lex. Jurid. verbo Absentia.

8. Verum Sfortia Oddus ir. de rest. in integr. pars. 1. quest. 5. art. 7. n. 43. hanc divisionem duabus partibus defectivam dicit. 1. Quia nihil ponit de absentia ordinaria; qua quis absit ab eo loco ubi non habet domicilium, quam Dn. Struvius Exercit. 8. ad ff. 1b. 71. appellat negativam, eamq; à sua materia restitut. removet. 2. Quod nihil agat de absentia necessaria quæ licet non sit laudabilis s. prærogativa digna, tamen non sit vituperabilis & improbabilis, ut absentia litigii causa. Aliam igitur substituit divisionem, qd; absentia vel sit ordinaria vel extraordinaria. Ordinaria, quæ ratione diversi domicilii causatur. Extraordinaria, qua talis sit respectu discessus & absentationis personæ accidentalis, quæ vel necessaria vel voluntaria. Necessaria, qua causatur ex jussu principis vel legis, & est vel laudabilis prærogativa, præmio, & honore digna, qualis absentia Legatorum vel militum vel eorum qui similia munera publica expedient; vel vituperabilis quæ causa relegationis, vel banni, vel timore poena suscipitur, locumq; habet in excommunicato: Vel Indifferens ut in captis à atronibus non ab hostibus cuius diversitatis rationem reddic Rebuff. ad l. 199. de V. S. Voluntaria quæ sponte suscipitur est itidem vel laudabilis, & commendanda ut absentia studiorum, quæ tamen etiæ suo modo, & ultimo fine inspecto necessaria dici potest Frantz. ad ff. ex quib. caus. maj. n. 15. vel vituperabilis quæ sine causa suscipitur vel otii, voluptatis vel latitationis gratia, quæ in contumacibus: vel Indifferens quæ nec laudabilis nec vituperabilis, ut quæ mercaturæ vel lucri privati non annoia causa suscipitur. Ad eundem fere modum Bach. in prima parte ff. ad tit. Ex quibus caus. maj. l. 9. n. 2. & Strauch. dis. 27. Th. 22. ad ius priv. modo de illa specie quam Sfortia Oddus litigii causa appellat, nullam faciunt mentionem. l. 5. ff. ex quib. caus. maj.

9. Hæc species omnes, quas nobis communis Dd. schola tradidit, & quas Sfortia Oddus singulariter dictavit, ad mittere possumus, quamvis ordinaria absentia potius sit puræ negationis, quam propriæ privationis. Singulas itaq; species in parte speciali suis locis accommodabimus. Quæc etiam divisionem absentie ideo in hac parte gene-

rali

rali locavimus, quia generalis est, ideoq; non tam commodum inferius
locum invenit quam hic.

10. Addunt nonnulli & alias absentiae differentias; Ut abesse bona
fide l. 39. de noxal. action. l. 19. ff. de damno insecto, l. 4. C. de restit. mil. l. 1.
4. ff. ex quib. caus. maj. vel dolo & mala fide. l. 34. de rebus auth. jud. pos.
l. 5. ex quibus caus. maj. Barn. Bris: de V. S. h. V.

PARS SPECIALIS

Continens Absentiae divisiones specialiores.

11. Optimè considerabimus absentiam respectu personarum, quælibet enim persona secundum suam conditionem certam quandam fortitur absentiam quæ speciales in jure parit effectus. Personæ autem considerantur tripliciter 1. respectu status, 2. respectu re-
rum. 3. Respectu judiciorum.

CAPUT I. de Personis respectu status consideratis.

12. Status secundum Herm. Vultejum l. 1. c. 5. est conditio in qua homo vivit. Est vel publicus vel privatus. Publicus vel cum dignitate vel sine. Et rursus cum dignitate imperiosus vel imperii experitus. Herm. Vult. l 1. c. 6.

13. Imperiosam dignitatem habet Imperator. Hic ab actu coronationis abesse non potest. Quoniam ille in facto præsentiam omnino requirente consistit Aur. bull. c. 22. pr. & 23.

A Comitiis vero abesse potest. Constat illud ex aliis locis quam plurimis, tum præcipue ex Rec. effu Imperii An. 1557. Ubi Ferdinandi Imp. nomine, qui præsens esse non poterat, sub Idus Julias Albertus Bavarus inchoat Ratisbonæ comitia. Seidam l. 26. com. cap. ult. §. 7.

18. Imperiosam dignitatem habent Electores. Hi ab actu electionis abesse possunt. Modò ex impedimento justomittant procuratorem seu suctum sufficieni mandato non tamen ad certam personam vid. Rumel. ad A. B. p. 2. D. 6. th. 15. & ibi Myssen. instru-
ctum. Aur. Bull. c. 1. §. qualiter autem. c. 2. §. debet autem unusquisque & passim. Buxtor. in A. B. c. 1. th. 22. Absentes electores legitimè vocati & in termino non comparentes neq; ipsi neq; per substitutos seu nuncios, vocem pro illa vice perdunt. A. B. c. 1. §. princeps vero. Nec

B

Absen-

Absentes computantur in numerum eligentium, quod si eos vocatores non fuissent constiterit; sed contemporis infirmare possunt electionem penitus, taliter celebratam nisi propter bonum pacis postea consentiant & factam electionem rati habeant Reink. de Reg. S. & E. l. i. cl. 3. c. 3. n. 17. c. quod sicut de Elect. c. in genesi eod. Si tamen Electores cessaverint Regem Rom. eligere tunc eligendi Jus non competit Papæ ut putat Pet. de Andlo l. 2. c. 4. jungs Marq. Freh. in not. ibid.

15. Imperiosam dignitatem habet Magistratus. Hic ABSENS jurisdictionem jure suo competentem cuilibet mandare potest, sive sit magistratus l. 3. de Off. ejus cui mandata est Jurisd. sive privatus l. ult. §. 1. eod. (quod aliter est secundum jus Canonicum c. statutum ii. pr. de rescript. in. 6.) Nec solum jurisd. sed etiam merii imperii exercitionem si is cui haec speciali lege competit, necessario abesse cogitur, mandare potest l. i. pr. de officio ejus cui mandata verl. hujus. Alias nec hodie merum imperium mandari posse Sutholt. aph. 406. Vinn. c. 3. n. ult. nisi ex causa absentiae vel insirmitatis P. H. D. art. 2. neq; etiam jure canon. merum imperium delegabile ut loquuntur statuimus. Vid. Scip. Gentil. l. 3. c. 29. Fachin. l. 9. c. 99. Vinn. c. 3. n. 4. Struv. Exercit. de Jurisd. Th. 80. Ad Magistratum referendi quoq; sunt curiales s. decuriones. Habent enim in municipiis Jurisd. ad certum modum l. 26. ff. ad L. municip. l. 52. ff. de Jurisd. l. un in pr. Si quis jus dicenti. wesenb. par. ff. de decurion. n. 6. His si sine licentia se absenterunt, puniuntur reversi, & si per biennium steterint, ponuntur post quintum in ordine, quem praecedebant. Si per triennium, ponuntur post decimum: Si quadriennium incipiunt tanquam novissimi: Si quinquennium spoliantur cingulo, quo erant honorati, ut quasi pro mortuis habeantur. Bart. in l. pen. C. de domesticis & Prot. Alex. Conf. 54. n. 4. lib. 4.

16. Personæ dignitatem imperii expertem habentes sunt Clerici Professores, Legati, milites.

17. Clerici 1. Pastor absens praesentari non potest, Sed tenetur se realiter & personaliter sistere Episcopo & Confistorio, nec sufficiunt literæ, quibus denominatur instituendus ad hoc ut absens confirmetur Finkelih. de jure Patronat. c. 6. num. 138. & seqq. per text. in can. decernimus. 16. q. 7. ibi offerant episcopis ordinandos. c. 10. c. 24. §. 29. de jure Patron. Ordin. Eccles. Electorali Saxonici: sub rubr. Vom Beruf und Annahmung der Kirchendiener. 5. Zum vierdten. ibi praesentaret und gestellset. fol. 88. Limitatur en. predicta regula nisi justa causa praese-

præsentandum impedit. Durum n. telum necessitas legibus non sub-
jicitur. l. i. ff. de off. Procons. l. 7. §. 3. ff. Quod vi aut clam. Carpz. Consist. l. i. t. 4.
d. 48. 2. Pastor absens non potest præstare secun-
dum jus Saxonicum juramentum religionis per
procuratorem, sicut nec quivis alias secundum illud jus art. 46.
vers. Woaber. lib. 1. Landrecht. Matth. Wesemb. in supplem. ad Schneid. §.
Item si quis postulante n. 107. lit. a. Inst. de action. Aliud dicendum est secun-
dum jus civile. l. 9. §. 6. l. ult. §. Sed et si ff. de jurej. 3. **Absens investi-**
ri potest per aliū. c. 34. de præben. 4. **Absens ob aliquam**
necessariā probabilem & casuariam causam puta
valetudinem potest agere per substitutum. Bald. c.
cum omnes de constitut. n. 9. & 10. Johan Gerhard. locor. Theol. tom. 6. §. 117.
Finkelth. de Jure Patron. c. 6. n. 128. Carpz. Consist. l. i. t. 10. def. 163. n. 3.
Nihilo minus tamen percipit fructus integros c. 34. de præben. Carpz.
Consist. l. i. t. 9. def. 49. n. 10. 5. **Absens nō debet esse in perse-**
cutionibus. Si enim pernitosum est proretam in tranquillitate
navem deserere, quanto magis in fluctibus c. sciscitans. 7. q. 1. Quemad-
modum etiam conjugium est omnis vitæ consortium l. i. ff. de Ritu Nupt.
nec maritus conjugem pro lubitu deserere potest: Ita etiam Episcopus
ecclesiastici uxorem suam, ad quam sacratus est non potest dimittere,
c. sicut vir 7. q. 1. Deus enim spirituale sicut carnale Conjugium soli sibi
reservavit dissolvendum c. n. de translat. Episcopi. 6. **Absens non**
debet esse tempore pestis. 1. Quia auditores tunc maximè
ipsius operâ indigent, quo ad pœnitentiam admoneantur, & beata ex
hac vita emigratione informentur. 2. Nec fieri potest absq; scandalo
arguit enim discessus dissidentiam erga promissiones divinas. Psal. 91. v. 7.
Matth. 10. v. 30. Hebr. 13. v. 5. 3. Accedit Exemplum Aaronis qui tempore
pestis inter vivos & mortuos sterit. num. 16. v. 48. nec non Esaïæ qui ad
Regem Ezechiam peste corruptum intrat. c. 38. v. 21. Joh. Gerb. in loco de
min. Eccl. §. 290. p. 469.

18. Eadem fere omnia extendi possunt ad Ludimagistros, Canto-
res, Organicos, qui omnes nomine Clericorum veniunt & ecclesia ser-
vitium præstant, c. Cleros pr. dist. 21. Carpz. Consist. l. i. t. 6. def. 83.

19. Professores absentes munus suum per substitutum obire non possunt. Quia est electa personæ industria, & functio Professoris est personalissima, ubi vero hæc sunt, ibi substitutio locum non habet. *l. un. §. ne autem C. de Cad. tell. Lim. r.* Nisi princeps ipsis gratiam fecerit singularem. 2. Si substitutus ejusdem sit peritiæ. 3. Si fuerint etemeriti nam si per 20. annos publicè docuerint. Illustres efficiuntur *l. un. C. de Profess. qui in urb. Conf. §. 3. Inst. Proœm. Har. ad §. ult. de Jur. pers. n. 63.* de quo tamen subdubitat *Limn. l. 8. J. P. c. 3. n. 4.* 4. Causa necessitatis accedente. Diomedea enim necessitate *Wesenb. par. ff. in jus voc. ut eant.* Professores hodie ob penuriam doctiss. virorum saepe coguntur graviora & ardua officia quæ alias distinctim aliis injungere commodius esset, obire. Procedit tamen hoc tantum, si officia sibi invicem non contrariantur *c. pen. §. porro. de Election. in 6. Carpz. l. 2. t. 25. def. 406.*

20. Agendum quoq; nunc est de Studiosis, non quidem eam ob rationem quod personæ sint publicæ, Nondum enim ad rem publ. accesserunt. Sed quod etiam una cum Professoribus appellatione Clericorum veniant Rittersh. in Explic. Novell. part. 9. c. 8. n. 8. *Limnaeus l. 8. jur. publ. c. 6. n. 5.* Rationem hujus appellationis videat qui volet apud Carpz. Conf. l. 1. t. 1. defin. 8. n. 8.

21. Studiosi qui matriculæ Academiæ nomina sua dederunt *Schneid. ad §. item Romæ Inst. de Excus. tutor.* (non verò qui Scholæ trivialis Bart. §. hæc autem tua proœm. Pand. sicut etiam præceptores in ejusmodi scholis minus recte nomen Profess. sibi tribuunt *Carpz. Conf. l. 2. t. 25. defin. 99.*) laudabilē p; probis moribus vitā ibi gerunt *l. un. C. de Prof.* qui in urbe Conf. circa operationem studiorum se negligentes non habent. *l. 6. §. 4. ff. de Excus. tut.* dupliciter **Absentes** sunt, aut enim respectu Patriæ aut Academiæ.

22. I. Absentes à patria studiorum causa integrè suos perdiunt fructus *c. 22. licet yobis de Cler. agrot. Arnold. de Reyger Thes. jur. verb. Scholarus n. 52.* **2. Absenti** studiorum causa parentes inviti sumptus ad studia suppeditare officio judicis *Pinell. ad l. i. C. de bon. matern.* coguntur. Quippe incumbit ipsorum officio liberos alere, usq; adeo ut partum necare dicatur, qui denegat alimenta *l. 4. de agnosc. & alend. lib.*

lib. Interest enim parentibus liberorum animum non corrupti l. 14. §. 1.
ff. de Serv. & Reipubl. arg. l. 1. §. 13. ff. de Ventrī inspic. Quod si parentes
inopiā premantur, sustinebunt eorum officium vel Consanguinei proxi-
miores bonis abundantes. Carpz. Consist. l. 2. t. 25. def. 409. vel Magistra-
tus, quā in re palmarum ferunt **Serenissimi ac Celsissimi Ele-**
ctores Saxonie qui sua munificentia multis sat pinguibus stipen-
diis quamplurimos sublevant studiosos. **Quare** hie potest an-
sumptus in filios studiorum causa absentes colla-
ti conferri debeant? **Respons.** vide in l. 50. ff. sam. Eris. Schneid.
Inst. de Action. famili. Ercise. n. 42. varias distinctiones ibi subministran-
tem. Utrum autem animus credendi ex eo colligatur si calendario aut
libro rationis inscripti sint? non una est Dd. intentio. Negat Hahn ad
Wesenb. par. ff. de Collat. Act. n. 3. Affirm: Thom. Decis. 32. Harim. Pist. l. 1.
q. 19 n. 5. Et si filius penes Patrem adventitia vel Castrensis bona habe-
rit, de illis sumptus suppeditatos presumuntur arg. l. 34 de N. G. Hart. Pist.
l. q. 19. 3. **Absentes** si quid amiserint vel lucratū non fuerint, etiam-
si ex bonis quidamissum non sit l. 27. ff. Ex quib. caus. maj. restituuntur
l. 28. pr. eod. nec tenentur relinquere procuratorem. Verba n. in d. l. 28.
Fortè procuratore non determinative sed exemplificative accipienda, ut
latius hoc explicat Sfortia Odd. tr. de restit. in integr. part. 1. q. 30. art. 3. n. 11.
Hitt. ad Donell l. 21. c. 5. lit. N. Franck. ex quib. caus. maj. n. 15.

23. Absentes Studiosi ab Academia per quinque-
nium perdunt matriculam Dd. in Auth. habitā C. Ne fil. pro patre Schneid.
ad §. item Romæ Inst. de Excus. tut. n. 6 infine.

24. Sequuntur jam Legati & Milices. Hi **Absentes**,
nisi absint libere & sui commodi causa l. 14 ff. de legation. l. 4. l. 36. l. 42 ff.
Ex quibus caus. major. quandiu præsunt officio suo l. 37. § 1 eod. summis
in jure gaudent privilegiis, adeo ut in favorabilibus habeantur pro præ-
sentibus l. 140 ff. de reg. jur. Si per absentiam suam ledantur, restituuntur
in integrum. l. 1. ff. Ex quib. caus. major. nec tenentur relinquere procura-
torem. l. 26. § fin. ff. Ex quib. caus. maj. nullis muneribus publicis tam per-
sonalibus quam patrimonialibus debent vexari l. 5. § 3 ff. de jure immun.
Hinc excusatūr à tutela tum suscepta, tum fiscipienda, à suscepta qui-
dem

dem quamdiu absunt, à suscipienda autem, ut ad eam vocati per annum
habent reversi vacationem §. item qui reip. Inst. de Excus. tut. l. 41. ff. cod.

25. Ad milites quoq; referuntur j Cti & Medici. l. 14. C. de

Advoc. 1. Hi non possunt se absentare à praestando suo officio, quod
si faciant, à magistratu etiam inviti compelli possunt. l. 1. §. 4 ff. de Postul.
l. 7. §. 1. ff. de officio procons. l. 5. §. n. ff. d. reb. eor. qui sub tut. vel cura. Exer-
cent enim munus publicum Wosenb. par. ff. d. postul. n. 3 Hahn. ibid. Ad
munus publ. vero quivis potest cogi l. 19. l. 28. C. de decurion. Schneid pr.
ad tit. Inst. de Excus. tut. Schnob. disp. 3. th. 2. **Advocatus** absens ultra
triennium perdit privilegium. l. 7. C. de Advocat 2.

26. Ad Advocatos referendi sunt **Notarii**. Hi suis negotiis
occupati si sacrum palatum minimè curaverint frequentandum, nisi in-
tra annale spatium revertantur, quamvis **commeatus** iura prætendat, est a
commeatus licentia abeundi & ad certum tempus redeundi l. 14. de re
mil. Briß. h. v. pro **Absentia** quidem unius anni, unius gradus, si
duobus annis absfuerint, duorum, scribus trium, si quatuor similiter
quatuor graduum subire jacturam, his qui inferioris ordinis fuerint
postponendis, si vero per quinquennium se præsentare cessaverint, ex-
empti sint matricula l. 2. C. de primic. & Secundic. & Notar.

27. Ab soluto statu publico pergimus ad statum privatum. In statu
privato homines coosiderantur Respectu vel civitatis, ut cives; vel pro-
fessionis ut Mercatores. vel potestatis. ut servi.

28. **Absentes ex urbe Cives** tempore belli aut obsi-
dionis, aliis ibi manentibus, onera ferentibus sumptus in hospitationis
præbentibus aut aliud quodc. solventibus præstantibusve, quod absen-
tibus si præsentes fuissent præstandum incumberet, damnum contribu-
tione communi resarcire tenentur. Hahn. ad Wes. par. ff. de L. Rhodia n. 1.
Ut enim æquissimum est, commune detrimentum resarciri ab his, qui
bus merces in navi ob aliorum jactu salvæ relictæ sunt. l. 2 ff. de L. Rhodian.
ita etiam æquum est illos, qui nihil onerum sustinuerunt, nihilominus
in. res suas salvas retinuerunt, hisee retribuere qui universitatem, tan-
quam navim jactu fortunarum suarum conservarunt. Hahn. d. t. Et huic
contributioni subjacent etiam cives privilegiati, qui oneribus à summo
principi exempti sunt. Etiam pupilli, furiosi, quamvis illi sine autori,
tate cu.

tate curoris alii alias non obligari. *pt. Inst. de aut. Tat.* hiverò nullum negotium contrahere possunt. *l. 5. ff. d. R. I.*

29. Absentes Mercatores in absentia lassi restituuntur in integrum. Negat hoc quidem *l. 26. §. fin. ff.* Ex quib. caus. maj. & Dd. quamplurimi. Nos cum *Sfortia Oddo in tr. de Rest. in integr. part. 1. q. 7. art. 16.* distinguimus inter Mercatorem & negotiatorem s. institorem, qui interdum etiam nomine mercatoris veniunt. Hi nequam restitui debent. Ille autem qui peregrinè ultra montes & mare (per quod cum Catō trajecisset per totam vitam pœnitentiam egisse creditur *Plut. in vita Caton.* vid. *Guevarr. l. 3. Epist. p. m. 934.*) periculoſſimum iter sulcipit, ut civitati de victu vescitu, & quibus omnes scientiae & artes exercentur, armis prospiciat, meritò restitutione dignus si procuratorem non reliquerit, quem hoc casu relinquere non tenet *Frantz.* ex quib. caus. maj. n. 18. *Sfortia Oddo d. l.*

30. Inquirendum nunc est in personas respectu Potestatis. **Potestas** est vel **dominica** vel **patria** vel **administra-**
toria.

31. In potestate dominica sunt servi. 1. **Hi ab Absentib⁹ do-**
minis manumitti possunt *s. i. n. 1. 1. 1. 26. de libertin.* ibi per *Epistolam.*
2. **Reipubl. causa** nunquam **absunt** *l. ult. ff. de R. I.* Hoc enim est munus publici. *l. 33. §. 3. l. 36. ff.* Ex quib. caus. major. Servi autem ab omnibus muneribus publicis arcentur. *l. 175. ff. d. R. I.* habentur pro nullis *l. 3. ff. de Capite minutis.* *l. 32. ff. de R. I.* mortuis comparantur *l. 209. ff. eod. l. 32. §. 6. ff.* de domat. inter vir. & ux. 3. **Absunt ergo** cùm fugiunt à dominis, h.e. eā mente discedunt, ne redeant ut fugitiivi. *l. 17. §. 1. & seqq. 16. l. 43. §. 1. 2. 3. ff. de adil. editio. l. 225. ff. d. V. S.* tales qui celat fur est *l. 1. ff. de fugit. & t. t.*

32. Ad Servos quodammodo referri possunt adscripti⁹,
Zazzii. *Lessen* / vulgo homines proprii Recess. Imper. de A. 1442.
1512. Nobiliss. Dn. Praeses, Praeceptor & promotor meus nunquam satis colendus, Exercit. 2. *Inst. tit. 3. pr.* qui hodie apud nos German. reperiuntur. de quorum Origine vide *Trithem.* 1. *Annal. Francor. Rhenan.* 2. *Rerum Germ. Christoph. Lehman.* 2. *Chron. Spir. c. 20. 24.* *Wehn.* *Observ. pract. verbo Lessen Besold.* *Thes. pract.* & *Johan. Speidel.* *Notabil. histor. Jur. Pol. verbo. eod.*
Deho-

De horum conditione vide Stamm. tr. de servit. person. Hahn. ad weseb.
par. ff. de manum. n. i. p. 632. 633. Husan de Propri. Homini. **Absentiam**
igitur eorum quod concernit, sciendum est eos, ad locum suum ut rede-
ant per praesidem cogi posse l. 6. C. de Agric. & cens. Libertatem à praedio
Domini nunquam praescribunt. Videatur Perez. t. t. C. eod t. t. C. de fugit.
Colon. patrim. Emphyt. & Saltuens. t. t. C. de Colon. & Palæst. t. t. de Colon.
Thracens. de Colon. Illyr.

33. Horum occasione nobis etiam agendum est de **Absentia Vasalli**.
1. Absens Vasallus, modo mittat procuratorem
investiri potest. **2. Feud.** **3. & juramentum fidelitatis praestare** **2. Feud.** eod.
Zaf. par. 7. n. 21. Nisi ex justa & probabili causa Dominus praesentiam
ejus requirat, in eo obsequium illi tenetur Rosenth. c. 6. consl. 37 num. 5.
2. Absens per substitutum **2. Feud.** 26. §. si quis. deceperit & que tamen
idoneum servitia Domino praestare potest, nisi in investitura nominati-
onem dictam sit ut in propria persona servitum praester, vel officium Feu-
do adhaerens ejus praesentiam exposcat. Schnob. Disp. Feud. 8. th. 10.
3. Absens contumaciter tribus vicibus citatus amittit Feudum.
2. Feud. 24. §. ET & alia. **4. Absens** à Domino in quodam discrimine
constituto, vel in bello, licet praesens periculum nondum fuerit, eum
deserens itidem feudo cadit. **2. Feud.** 6. **2. Feud.** 28. §. **2. Schnob.** Disp.
Feud. 10. th. 28.

34. **Patria potestas** consideranda nobis est tūm **consti-
tuenda**, tūm **dissolvenda**. Constituitur autem per **nuptias**
pr. Inst. de Patr. potest. Per **Adoptionem**, pr. Inst. de Adopt. Per
Legitimationem §. ult. Inst. de nupt.

35. Antecedunt nuptias **Sponsalia**. **1. Quæ etiam inter
absentes** contrahi possunt. l. 4. ff. de Spons. forte per nuncium vel
per Epistolam. Hinc dicitur in l. fin. eod. in sponsalibus constituendis
parvi refert an per se & coram, an per internuntium vel per epistolam,
an per alium hoc factum sit. **2. Absentem Sponsum** Sponsa
expectare debet. Sed quādīus? Distinguendum. Aut certum tempus
expressum est, & illud expectandum. Pacta enim dant leges contra-
cibus.

Aliibus. l. 1. si *condemnat* ff. *depositi*. Aut non expressum. Tunc si abest ex iusta causa sponsus, sponsa expectare debet donec impedimentum removum est l. 17. ff. de *sponsi*. Si ex malitiosa voluntate absuerit, & est in provincia: expectatur per biennium l. 2. C. de *Sponsal.* & Goth. ibid. Si extra provinciam triennium l. 2. C. de *repudius* & Goth. ibid. Nos haec omnia arbitrio judicis committimus, qui consideratis moribus & ætate pueræ certum tempus statuet, ne ipsa occasionem opportunam nubendi amittat l. 2. C. de *repud.* & in fornicationem, quæ ipsi imminet Schneid. *Inst. de nupt. part. 4. de divorcio n. 45. in fine.* interea incidat. **3. Absente m Sponsa sequi non tenetur.** Veluti si in exilium ob delictum aliquod missus, vel fugitivus ut ipsi absenti poena irrogari nequeat, non est injungendum sponsæ, ut ipsi cohabiter, sed potest a bispo separari propter **Absentiam** Carpz. *Consist. l. 2. t. 10. defin. 177.*

36. In nuptiis investigabimus tum absentiam mariti, tum uxori, tum *urriusq. simul.*

37. Mariti. 1. Nuptias quidem vir **Absens** contrahere minime prohibetur per nuntium, præcipue si in domum ejus futura uxor deducatur. l. 5. ff. de *ritu nupt.* quo pacto in ejus domicilium transit, ejusque forum sortitur, Goth. ibid. L.E. 2. **Absentia** ejus ad undecim menses excludit præsumptionem, quod natus, ab illo sit conceptus. Intelligas menses integros, non quidē solares sed lunares Hotom. 9. Obs. 9. quod si modo partus undecimum mensem attingat vel primo, secundo die ejus natus sit secundum Pln. 7. natur. hist. s. Arist. 7. de hist. anim. 4. Gell. 13. 15. 6. quide hoc decretum habet Adriani, pro naturali & legitimo habetur. Interim primò LL. primò & postea LL subsequentes tam stricto utuntur jure ut post 10. mensem natus ab hereditate legitima depeleretur l. 29. pr. ff. de lib. & Postum. l. ult. C. de postib. hered. *Instin.* l. ult. ff. de fideic. lib. l. 29. de lib. & postib. l. 3. §. pen. ff. de suis & legit. her. Quod etiam Justin. Imp. in Nov. 39. c. 2. pro indubitate habet, quo cum etiam sacra scriptura facere videtur. Sapient. 7. Inde quod pro partu 14. mensium excusando assert Goths. ad Novell. 39 c. 2. Lit. L. minimè nobis modo ordinario probabile videtur. Hoc enim modo absentibus & ignorantibus maritis augeretur numerus liberorum, sicut alias dicitur de possessione l. 1. §. 5. & l. 4. de A. vel Am. Poß. Casus tamen raros ad quæstionem facti h. e. ad arbitrium Judicis redigendos esse facile cum Hotom. concedimus.

Q

3. Ab-

3. Absens ab uxore expectari debet, nec statim convolandum est ad secundas nuptias. Si ex iusta causa abesset maritus, uxor de vita ejus dubitans secundum jura ff. quinquennium l.6. ff. de divor. de jure C. quadriennium. l.7. C. de repud. de Jure Auth. decennium. Nov. 22. c. 14. expectare tenebatur. Quod iterum correctum est. Nov. 117. c. 11. Ubi dicitur. Hodie quantisc. annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debet, licet neq; responsum ab eo acceperit. Idem etiam de necessaria absentia, & ea quæ ex mutuo consensu fit hodie obtinet, cum ad tempus conjuges à se invicem abstinere queant, teste Apostolo l. Cor. 7. Carpz. Confist. l. 3. t. 5. Si malitiose abesset maritus non tam diu expectandum est, donec de morte ejus constet; sed in Consistoriis hodie ita proceditur, ut ter publicè citetur, si contemptis citationibus contumaciter non compareat, mulieri prævia sententia absolutoria ad secunda transire vota permittitur. Schn. ad tit. Inst. de nupt. parte 4. de divor. n. 44. & 46. Carpz. Confist. l. 3. tit. 5. defin. 61. 62. 63.

38. Mulier I. Abiens ex literis vel nuntio à marito duci potest, maxime accedēte deductione in mariti nō in uxoris domū l. 5. ff. eod.

2. Absens à marito, per aliquod tempus, nisi adulterii suspicione fortissimis rationibus à se declinaverit, vitæq; honestatem demonstraverit, recipi non debet. Res enim suspectissima est, quando mulier à matito abest, & imbecillitas hujus sexus l. 2. §. 2. ff. ad 5r. Vell. facile ad formicationem adduci potest.

39. Utriusq; Partis Absentia. Abesse à se invicem vir & uxor mutuo consensu miminè possunt. Perpetuum enim & indisfibile est vinculum matrimonii. Matth. 19. Individua vitæ consuetudo & cohabitatio §. 1. Inst. de patr. potest. quam nullus homo sed solus ipse Deus separat. Si verò coabitare nolint, à magistratu Ecclesiastico amicae adhortationes tentandæ sunt. c. 6. de adult. Hæ si nihil proficiunt pena arbitria locum habet Carpz. Confist. l. 2. t. 12. defin. 108.

40. Alter Modus cōstituēdi patriā potestate est Adoptio, quæ l. 23. ff. de lib. & postum. imago naturæ. §. minorem Inst. de Adopt. Theophil. pr. Inst. de Adopt. naturæ imitatrix dicitur. **Absens neq; arrogare nequè arrogari potest.** l. 24. 25. ff. de Adopt. Arrogatio enim est actus legitimus. l. 3. ff. de Offic. procons. l. 4. ff. de Adopt. l. 1. 4. C. eod.

C. eod. Actus autem legitimi per alium expediri minime possunt l. 123.
ff. de R. 1. propter certas solennitates quæ ibi observabantur. Interponer-
batur enim solennis inter arrogandum & arrogatorem stipulatio. l. 2. ff.
cod. Hanc autem inter absentes fieri non posse primajuris docent ele-
menta. §. n. Inst. de inutil. stip. Nec hoc solum obtinet in **arrogatione**
quæ siebat coram populo in comitiis sed etiam in eâ quæ sit per recri-
ptum principiis. l. 2. C. de Adopt. Bachov. ad tit. ff. de Adopt. n. 17. Nec
Adoptare absens potest l. 25. ff. de Adopt. An autem **Adoptari**?
dubium & incertum, in nulla lege hac de re sit mentio. Illud tamen fieri
posse negat Bachov. ad tit ff. de Adopt. n. 17.

41. Legitimatio ultimus patriam potestatem Constituendi
modus tripliciter sit 1. Oblatione Curiæ. 2. Per subse-
quens matrimonium. Rescripto principis.

42. Olim Pater **Absens** filium **Absentem** curiæ, ut inor-
dinem curialium recipere non poterat. Expediebatur enim
& hic actus coram populo solennitatibus intervenientibus. Postea au-
tem obtinuit aliud usu. Nov. 89. c. 2. Reliqui duo modi inter **Absentes**
etiam fieri possunt.

43. Patriam potestatem Constitutā solvit 1. **Absentia**
necessaria & culpabilis tūm patris tūm filii, ut deportatio, per quam ali-
quis efficitur peregrinus, omniaq; civilia una cum civitate amittit atque
ita etiam jus patriæ potestatis quod est civile. §. 2. Inst. de patria potest. l. 3.
ff. de his qui sunt sui. l. 17. §. 1. ff. de pœnis l. 6. ff. de interd. & releg. l. 1. §. hi qui-
bus ff. de Legat. 3. l. 2. ff. de publ. judiciis l. 1. C. de hæred. inst. & alius locis. non
potest autem peregrinus civem Romanum, neq; civis Romanus pere-
grinum in potestate habere. Ulpian. tit. 10. in fragm. Caj. lib. 1. 6. 2. **Abs-
iens** quoq; est qui ad bestias damnatus est. l. 6. §. 6. ff. de in just. rupto &
irrito. l. 12. l. 29. ff. de pœnis. Et hæc **Absentia** itidem patriam potesta-
tem tollit. Exiit enim quis liberrate, Patria autem potestas est lib.
hominum propria.

44. Non solvit Patr. Potest. 1. **Absentia** propter
relegationem, sive pater sive filius sit relegatus §. 2. Inst. Quibus mod. Patr.

P. solv. l. 4 §. pen. l. 18. ff. de interd. & releg. 2. **Absentia** propter capti-
vitatem §. 4. Inst. Quib. mod. patria Pot. solvi. Quam vis ipso jure sublata
videatur, captus enim ab hostibus sit servus capientium §. 2. 3. Inst. de ju-
re person. Sed qui suæ potestatis non est, non potest alium in potestate ha-
bere l. 21. ff. ad L. Jul. de adul. Contra hanc tamen stricti juris regulam
æquitate & utilitate suadente duplex inventa est fictio quæ captis con-
fusuit, Sel. lex Cornelia l. 12. ff. quicq. test. fac. poss. & postliminium §. 5. Inst.
quib. m. jus P. P. solv.

45. **Potestatem administratoriam** habent tutores
& curatores. Hanc iterum considerabimus ut **Constituendam**
Constitutam & dissolvendam.

46. **Constituendam.** **Absens Absenti** tutor dari
potest. l. 5. ff. de tutor. & Cur. dat. sive à testatore, sive à lege, sive à magi-
stratu datum intelligas perinde est. Et hæc omnia ita sese habent, si ab-
sente secundum nostram definitionem, intelligamus generaliter, sive
autem in species incidamus res Controversa erit. Sic captus ab hostib⁹,
quia servus est, dari non potest. Datio enim illa postliminio non con-
firmatur quia virtiosum principium habuit. l. 29. ff. de Reg. jur. Gœdd. ad l.
299 ff. d. V. S. n. 3. Captus vero à latronibus datur utiliter, non enim serv⁹
fit Gœdd d. l. Absens reipubl. causa dari potest, sed habet Excusationem.
§. 2. Inst. de Excus. tut.

47. **Constitutam** tutelam sequitur **Administratio**,
quam antecedit **Satisfactio**. Hanc (secundum jus Civile Justin. sal-
tem legitimus pr. ff. de Satisf. tut. hodie v. secundum reformat. Polit.
Car. V. 1548. & Rudolph II. de anno 1577. omnes ad eam tenentur, à
quo jure tn. hodie Consuetudine est recessum Hahn. ad Wesemb. par. ff.
de tutor n. 4. Strauch. dis. ad ius priv. s. Th. 21.) in judicio pupillus si ipse fa-
ri potest & **Præsens**, vel **absente** eo aut non valente servus ej⁹,
nec eo existente, servus publicus aut notarius vel is quem prætor ad hoc
dederit, à **Tutore præsente** exigit. l. 2. 3. 4. §. 1. l. 6. 9. ult. ff. Rem
pupil. salv.

48. His antegressis sequitur **administratio**.
Absens Tutor per alium administrare potest quia actor dicitur,
sed pe-

sed periculo suo §. ult. Inst. de Curat. l. l. 24. ff. de administr. tutor. l. 6. ff. quando ex facto tutor. l. 9 ff. rem ratam haberi l. u. C. de procurat. l. 10. C. Qui dare tutor. vel curat. l. 10. C. de Appell. l. 11n. C. de actore àntoreve Cur. d.

49. Autoritate m, quæ administrationi affinis est, tutor in iis negotiis in quibus pupilli conditio deterior futura est pr. Inst. de Aut. tutor. si nimis aliis promittant **Præsens non absens** per nuntium aut epistolam §. 2. Inst. eod. & in ipso negotio vel in continentि post negotium l. 25 §. 4. de acquir. hæred. Hahn. ad wesenb. par. ff. de autor. tutor. n. 5. interponere debet.

50. Solvit tutelam I. Absentia necessaria improbabilis nempe deportatio, Servitus pœnae **Pupilli**. Hic. doli capax & pubertate proximus ex delictis obligari potest, adeoq; etiam puniri, medioeriter tñ. & extraordinarie vide hac quæst. *Decimum in l. fere 108. ff. R. I. & Philipp. Matth. ibid.* **Tutoris**. Sic n. amittitur civitas, proinde etiam tutela quæ est juris Civil. adde ea quæ dicta sunt in Th. præc. 43.

2. Absentia necessaria indifferens Captivitas Pupilli. Tutor enim datur personæ liberæ §. 1. Inst. de tutel. Ideo si pupillus capiatur ab hostibus expirat tutela, & datur interim curator bonis captivi. **Tutoris l. 14 ff. de tutel.** **Notandum** tamen, quod stricto jure hæc ita se habeant; Sed benignitatis & utilitatis causa jure postlim. tutela recipitur §. 2. Inst. de Attilian. tut. Per postliminium namq; omnia prima jura recipiuntur atque ita etiam tutela §. si ab hostibus quibus mod. jus patriæ potest. solvatur. l. 12. ff. de captiv. & Postlim.

51. Absens Reip. causa suscepitam tutelam retinet & reversus eam recipere tenetur, datur tamen in ejus locum interea curator l. 15. ff. de tut. dat.

PARTIS SPECIALIS CAPUT II: Explicit Absentiam Personarum circarerum acquisitionem & obligationem.

52. Absens Acquirit. Possessio quidem acquiritur animo simul & corpore l. 3. §. 1. l. 8. ff. de acquir. vel amitt. posseß. l. 153. ff. de R. I. Animo tamen etiam solo nostro, corpore autem alieno acquisitione possesso-

sessionis fieri potest non solum eorum qui potestati nostrae sunt subjecti.
l.10. l.32. l.37 ff. de A.R. D. l.1. §.5. & seqq. ff. d. A. vel Am. P. §. 3. Inst. Per quas
Pers. nob. acq. Sed etiam procuratoris nostril l.53. de A.R. D. l.42. §.1. ff. de
Acq. vel Am. posseß. §.5. Inst. Per Quas Pers. si modo nostro nomine res fuit
tradita & accepta. l.1. §.20. ff. de Acq. vel am. Pos.

53. **Acquiruntur** autem res vel singulæ vel per uni-
versitatem s. ult. Inst. per quas Pers. Singulæ res quomodo ac-
quiruntur prius lecuti Imp. nostrum d. l. videbimus. 1. Per **Usuca-
pionem**. Non solum absentem reip. vel ex alia quacunq; causa, sed
etiam ab hostibus captum usucapere posse affirmat §.5. Inst. de Action. &
l.11. ff. Ex quibus caus. major. Sed de hoc merito dubitari potest, cum ser-
vus sit §. 4. Inst. de jure Personar. & interrupta possefessio per captivitatem
quæ ne postliminio quidem restituitur l.12. §. 2. ff. de Captiv. & postlim.
rev. l.19. l.23. § 1.2. ff. Ex quibus caus. maj. Zasius ad §. rursus Inst. de Act. n. 13
refert imperatorem hic aut dormivisse aut vinum bibisse, neminemque
esse qui nodum solvat in urbe. Variis etiam modis ref. Jasone ad d. §. 1.
l.54. evadere conatur Angelus. Nos ex l.23. §. 3. ff. Ex Q. Caus. maj. captum
ab hostibus per eos qui fuerunt in potestate ante captivitatem ex causa
planè singulari usucapere. Alias autem servus nec quicquam, nec per-
servum Dominus captus possidet l.11. ff. de Usuc. Qui n. possidetur ab
aliis possidere non videtur. l.118. ff. R.I. **Absentium** res ex quacun-
que causa posse Usucapi certum est, datur tamen nō indistincte restitutio
l.1. ff. Ex quibus Caus. maj. & ib. Dd. 2. Per **Donationem** quæ vel
Inter vivos vel **mortis causa**. **Inter vivos** quidem
Donatio inter absentes fieri potest. l.4. l.10. ff. l.6. C. de donat. Si tm.
excedat 500. solidos tunc omnino necessarium, ut donator coram ju-
dice & judex coram donatore Præsens sit, adeo, ut si donator infirmitate
impeditus judex in ipsius domo comparere cogatur Schneid. Inst. de do-
nat. inter viv. num. 9,10. **De Mortis causa Donatione** an inter
Absentes fiat una Dd. non est tententia. Quidam enim verba l.38.
pr. ff. de D.M. causa præcisè & simpliciter sequuntur ut Schneid. Inst. de do-
nat. M. caus. num. 20. 25. & alii. Quidam ad correctionem textus confu-
giunt ut Horsemann, Giphian, refer. Hahnio ad Wesemb. par. ff. de donat. n.4.

Aliter

Aliter sentit Bachov. ad Wes. d. l. Quidam illa verba ad præsentiam animalium tantum restringunt ut Hahn. d. l. Nos legem d. ad illam speciem, quæ per stipulationem hebat, restringimus l. 34. 35. §. fin. Hodie autem cum nudâ voluntate & consensu perficiatur, etiam inter absentes fieri posse statuimus. 3. Per Legata & fideicomissa. Absenti & ignorantilegari potest: l. 77. §. 3. ff. de leg. 2. l. ult. C. quādo dies legat. cedat.

54. Per Universitatem res acquiruntur vel ex testamento vel ab Intestato,

55. In Testamento ordinando testator Præsens coram testibus Præsentibus testatorem audientibus & videntibus l. 21. pr. ff. Qui testam. fac. pos. l. 9. C. eod. l. 9. C. de testam. testari debet. Hæredis a. instituendi præsentia non requiritur, potest enim peregrinans & ignotus esse. §. ult. Inst. de hæredib. Inst.

56. Hæredes sive ex Testamento sive ab Intestato hæreditatem absentes adire possunt. Sui enim vivo parre quodammodo domini existunt. §. 2. Inst. de hæred. qual. & diff & dominium continuatur in ipsis l. n. ff. de lib. & Postum. hæred. Hinc etiam ipso jure citra additionem hæredes existere dicuntur. l. 14. ff. de suis & legit. Extraneus vero per procuratorem hæredem se gerere potest. Gestio enim illa dupliciter fit, vel voluntate nuda vel facto §. ult. Inst. de hæred. qual. & diff l. 20. 28. ff. de Acq. vel am. hær. Voluntas autem per nuntium, Epistolam sine ulla præsentia declarari potest. Idem etiam defacto, vendi n. res hæreditariæ, locari colli etiam per alium nomine hæredis possunt.

57. Pergimus jam ad Obligationes. Haec aut sunt ex Contractu aut quasi contractu, aut ex delicto aut quasi delicto §. ult. Inst. de Oblig.

58. Contractus fiunt vel Re, verbis, literis, consensu.

59. Reales Contractus sunt Mutuum, Commodatum depositum pignus, & hi omnes perficiuntur consensu & rei traditione, hanc autem & illum absentes per epistolam & inter positam personam perficere possunt.

60. Verbalis. Stipulatio inter Absentes concepta inutilis est

§. n. & 12.

§. n. & 12. *Inst. de inutil. Stip. l. 1. ff. d. V. Obl. l. 14. C. de Contr. Stip. l. 3. pr. C. de inutil. Stip.* Ratio est quia contrahentes se invicem audire debent, quod absentes non possunt. Deinde quia hic contractus fit verbis, verba autem propriæ sunt præsentium, literæ absentium. Nihil hisce obstat l. 57. ff. de don. inter V. & 12. Ubi stipulatio per epistolam facta dicitur. Satis colligitur ex illa lege stipulationem prius inter præsentes factam, literis deinde confirmatam esse. Hodie vero communis Convetudine & stylo Germania receptum est ut non minus valeant fidejussiones inter **Absentes** per epistolam contractæ, ac si inter præsentes per solennia stipulationum essent celebratae, modi n. qualitas usq; adeo non attenditur, ubi finis & effectus intentionem habent. *Treutl. vol. 2. diss. 28. Th. 7. Lit. A. Hering. de fidej. c. II. n. 28.*

61. **Literarum obligatio** tam inter præsentes quam **Absentes** contrahitur.

62. Contractus **Consensuales** sunt **Emptio Venditio, Locatio Conductio, Societas, mandatum.**

63. **Emptio Venditio** sicut omnes contractus Consensuales inter **Absentes** exerceri possunt *Inst. de Obl. ex Cons.* **Conducto** **Absens** in habitatione conducta alium æquè idoneum potest substituere, l. 7. ff. l. 6. C. locati **Conducti**. **Socius Absens** invitatis sociis alium substituere nequit. Ratio est, quod in societate semper eligatur personæ industria. Etsi autem pene similis sit hominum omnium naturalis pen. C. de Contr. Stip. ramen inter eos longa differentia est ingenii, doctrinæ, & institutionis l. 31. ff. de solutione. **Mandatarius** absens cum mandato speciali procuratorem substituere non potest ob rationes præcedaneas; si v. mandato generali instructus est non prohibetur. l. 1. S. Magistr. ff. de Exercit. Actione.

64. **Quasi Contractus** sunt **negotiorum gestio, Tutela, Communio rerum, Hæreditatis communio, Hæreditatis aditio Indebiti solutio.**

65. **Negotiorum gestio.** **Absentibus**, ne indefensi rerum possessionem aut venditionem patiantur. l. 1. ff. de Neg. gest. satis prosp-

prospectum est edicto prætoris de N.G. Quicquidigitur utiliter in rem eorum impensum est ob id conveniuntur negotior. actione Contraria. Si vero perperam quid gestum est, utuntur directa adversus gestorem. Sic etiam absens potest obligari ex reliquis.

66. Tollitur obligatio 1. Solutione. Hæc pro absente sit.
pr. Inst. Quib. Mod. Tol. Obl. l. 23. s. ff. de solut. l. 39. ff. de neg. G. Absenti recte quoq; solvitur. 1. Adiecto ejus, modo in eodem statu maneat, quo fuit tempore Contractus l. 56. ff. d. V. Obl. l. 10. l. 38. l. 59. l. 75. pr. l. 95. ff. de solut. 2. Procuratori, quem creditor omnibus negotiis præposuit. l. 12. pr. l. 34. §. si Titium l. 86. ff. de solut. 3. Ei cui solvi jussit creditor absens l. 49. v. sed et si l. 64. ff. de solut.

2. Per Acceptilationem. Hæc ab absente fieri non potest l. 13. §. 10. ff. de Acceptil. Fit enim per stipulationem. Absens vero stipulari nequit §. 11. Inst. de Inutil. s. ip. Limitatur tñ. Nisi per novationem in eum transfusa sit Obligatio. d. l. 13.

3. Per Novationem. Quæ sit per stipulationem §. 3. Inst. Q. mod. Obl. toll. l. fin. C. de novat. l. 2. l. 5. l. 7. & alius ff. de Nov. Et hæc inter absentes ob rationes sæpiissime allatas non sit. Cum autem hodie solo pacto facta sustineatur Wesemb. par ff. de Nov. n. 6. Aliud dicendum est. Species novationis est **Delegatio**. Ad eam requiruntur tres personæ, delegans delegandus & is cui delegatur. Inter illum & istum nudus sufficit consensus super facienda delegatione, inter istum vero & hunc interponi debet stipulatio l. 1. C. de Nov. Schnob. disp. 23. Th. 20.

4. Per Contrarium dissensum. Qui modus potissimum eas solvit obligationes, quæ consensu contractæ sunt re adhuc integra.

67. Sunt adhuc plures modi obligationes tollendi, verum omnes hic referre ea in quam nos coarctavimus angustia non permittit. Sufficiat prima saltē capita retigisse.

68. Accedimus ergo ad Classem Delictorum. quæ vel **Vera** vel **Quasi**. Vera vel **Privata** vel **Publica**. Illorum species sunt **furtum, rapina, damnum injuria datum, Injuria**.

69. Furtum Absensi committit 1. Animo, Adstipulante nobis Gellio n. Noct. Att. 18. in fin. quamvis civiles leges tale furtum non puniant nec agnoscant l. 1. ff. de furtis. Cogitationis enim pœnam nemo

luit l.18. ff. de pœnis. Revera tamen est in foro theolog. furtum, ubi omnis
prava concupiscentia pœnae subiacet. Exod. 20. v. 17. Deuter. 5. v. 21. Matth. 5.
v. 28. Rom. 7. v. 7. Ad Tit. 2. v. 12. 1. Petr. 2. v. 11. 2. Petr. 1. v. 4. in fine.

2. Mandando & Consilium ferendo. Hic requiritur
ut factum sit secutum, alias enim ex nudo Consilio quis non tenetur fur-
ti l.59. §.19. ff. de furtu. §.ii. Inst. eod. **3. Res furtivas recipiendo.**
Talis etiam pœnali actione furti convenitur l.18. C. de furtu. **4. Fures**
Occultando. Eadem pœnâ occultator quâ fur ipse afficitur. l.1. ff.
de recept. Observato tñ. discrimine inter affines Cognatos, & Extraneos.
Videatur Wesemb. par. ff. de recept.

70. Absentium res qui Contrahat, furtum committit, sic &
qui eas animo lucrandi retinet §. ult. Inst. de R.D. l.43. §.4. ff. de furtu.

71. Rapina eodem modo quo furtum committitur. Omnis
enim rapina furtum est, imò gravius delictum. Hinc raptor improbus
fur dicitur §. i. Inst. de vi bon. rapt. Sic perinde est, quemvis aut per se...,
aut per convocatos ad id homines alicui vim fecisse l.2. ff. de vi bon. rapt.
l.2. ff. de vi priv.

72. Damnum injuria in absentem cadit*. Ut si quis ab
ea re cui operam suam promisit vel locavit absuerit, & res ob id deteri-
or facta est, culpæ reus est. Exemplum est in §.7. Inst. & l.8. ff. ad L. Aquil.
Item si quis imperitum rei alicui præponit, veletiam impotentem, ipse
ex culpa obligatur Schneid. ad §. 8. Inst. de L. Aquil.

73. Injuria est vel realis vel verbalis. Hæc fit vel voce vel scri-
ptis, Utraq; in absentem eadit. Realis verò aliter non, quam si jubeat aut
fieri curer, nihil enim interest an per se an per alios faciat l.ii. l.15. §.8. l.17.
§.7. ff. de injur.

74. Absens non solum per semetipsum; sed etiam per liberos
patitur injuriam l.1. §.3. l.41. ff. de injur. Uxorem suam §.2. Inst. eod. l.1. §.3.
l.2. ff. eod. & servos si quid illis atrocius illatum est ad domini contume-
liam §.3 & ibi Dd. Inst. eod. Quod etiam extenditur ad famulos nostros
quamvis ipsis actio injuriarum non denegetur, nihilominus tamen &
dominus, si in ejus contumeliam quid factum esse probaverit, agere po-
est. Wesemb. par. ff. de injur. n. 6.

75. De-

75. **Delicta publica.** Crimen laſæ Majestatis, in quo solus etiam Conatus punitur §.3. Inst. de publ. Jud. l. s. C. ad L. Jul. Maj. ab **absente** committi satis apertum est. De adulterio majus o- ritur dubium in foro civili, si in foro n. Theol. solo animo committitur Matth. f.) dicitur ubiq; coitus, ad alterius torum accessio e. lex illa 36. q. 1. & Agglutinatio Festo autore, Schn. ad §. item Lex Julia de adult. Inst. de de publ. jud. Quomodo hæc ab **absente** fieri possunt? Ita nimurum, si quis domum suam, ut stuprum adulteriumve cum aliena matre familiæ, vel cum masculo fierer, sciens præbuerit, vel quæstum ex adulterio uxoris suæ fecerit, quasi adulter punitur l. 8. ff. ad L. Jul. de Adult. **Homicidii**, in quo olim etiam solus animus puniebatur § 5. Inst. de publ. judic. hodie absens aliter accusari non potest, nisi illud fieri manda- verit. Cubach. Ill. Quæst. cent. I. Dec. 7. q. 5. Quod n. quis per alium facit perinde est ac si faciat per se ipsum l. 72. de R.I. in 6. l. 169. ff. d. R.I. l. 15. s. 1. ff. ad L. Corn. de sicar. quod genus homicidii in specie dicitur Assassinum. D. Tab. in Armat. Inst. cap. 4. th. 1 p. 262. Aut si **homicidam** sciens su- sciperit ac occultaverit l. 1. ff. de Receptator. l. 1. C. de hu qui larvam. Matth. Stephan. ad art. 177. P. G. Ord.

75. In reliquis delictis publ. & quasi delictis eadem ferè omnia ob- linient. Ergo illorum tractatione hic supersedere possumus.

PARTIS SPECIALIS CAPUT III. & ultimum, Considerans Absentiam personarum in Judiciis.

76. Personæ in judicio sunt vel **principales** vel minus prin- cipales s. **accessoriæ**.

77. **Principales** qui ad judicium constituendum necessari- requiruntur sunt **Judex, Actor, reus**.

78. Si per **Judicis Absentiam** actio judicio eximitur, partib⁹ per restitucionem in integrum succurritur l. 26. §. 4. Ex Quis caus. major. Sfortia Odd. part. 1. q. 13. art. 1. Adam Struv. Exerc. 8. Th. 7. 4. ad ff. Confer Th. super. 15. de **Absentia Magistr.**

D 2

79. **Actor:**

79. **Autor** (qui in criminalibus nomine accusatoris sortitur t. f.
C. de Accusat. & inscription. nonnunquam tñ. hoc vocabulum tam latè
sumitur, ut etiam accusatorem sub se comprehendat. l. 2. ff. de Crim. Stell.
H.C. Quando civilis astio prejudicai criminali.) In **civilibus** olim se-
cundum LL. XII. Tab. **Absens** per procuratorem agere non pote-
rat; sed quisq; in judicio comparere cogebatur. quod si morbo aut se-
nectute impeditus ab adversario jumento, curru, quem arceram voca-
bant, vehebatur. Meminit hujus legis Gellius lib. 20. c. 1. Item Cornific.
lib. 2. ad Herenni. Quiniilian. l. 2. c. 16. Verba ipsa hæc refert Fulvius Ursi-
nus: *Sei in jus vocat, in eat statim, en capito antestiarier.* *Sei calvitor, pe-
demve struit, manum endo jacito.* *Sei in jus vocato morbos ævitare evitom
escit, quei injus vocatis, jumentom dato, sei nolet Arceram ne sternito.* Exci-
piebantur quatuor causæ pr. Inst. de iis per quos agere poss. Hodie vero
procuratorum usus adeò frequens est ut vix quisquam ipse per se litige-
tur sed omnes fere per procuratorem Rittersh. ad Inst. de his per quos age-
re poss.

80. **In criminalibus**, ubi poena capitalis constituta est l. 1. ff.
an per alinm Cause appell. reddi pos. **Absentis** procurator non reci-
piebatur l. pen. §. 1. ff. de publ. jud. & hoc ob vinculum inscriptionis l. 15. C.
de Accus. c. 5. de Procurat. Hodie vero cum talis inscriptio à foro recesser-
rit, nec accusator amplius poenæ talionis subjaceat, sed tantum si defec-
terit malitiam & sumptus pro injuria illata reo præster. P. H. D. art. 12.
Hahn. ad Wesenb. de procur. n. 5. Procurator etiam in publicis judiciis
intervenire non prohibetur.

81. **Rei absentis in civilibus** partes sustinet defensor
qui etiam sine mandato modo satisdet admittitur. §. 5. Inst. de Satisfat.
In criminalibus **absens** non accusari potest l. 6. C. de Accus. c. 18. 3. q. 9.
Wesenb. par. ff. de Accus. n. 10.

82. **S**ed idem jam **absentiam** personarum in judicio principalium,
offerunt sese jam accessoriae. Hæ uti ex dictis jam colligi potest sunt
procuratores, qui à parte rei nomine defensorum veniunt.

83. Constituuntur **Procuratores Absentes** per Epistolam
nuncium tam apud acta quam extra judicium §. 1. Inst. de his per Quos aper-
t. l. 1. ff. 4.

l. 1. §. 1. ff. de Procur. Paul. lib. 1. sent. 13. Ratio est quia constituuntur per mandatum at mandatum nudo Consenſu contrahitur, nec præsentiam nec verba solennia requirit.

84. Absentes procuratores post litem Contestatam alium pro se Constituere possunt, non autem ante. *l. 8. l. 32. C. de procur.* Nam post litis Cont procurator sit Dominus litis. **Absentia** Procuratoris nunquam nocet Domino quia nunquam mandata præsumitur. **Advocati** Excusationem in ordinario processu meretur modò non sit longa. *Gloß. & Dd. in l. Emancip. C. de bon. Poß.*

85. Constituto Judicio, quædam id præcedunt, & sunt vel substantialia, vel accidentalia, quædam in ipso judicio fiunt quædam sequuntur.

86. Inter substantialia refertur **Citatio**. Est vel verbalis vel realis verbalis vel **Ordinaria**, quâ quis per nuntium, ipsum citandum, vel *absens*, suos domesticos compellentem, aut per literas ad ipsum suosve perlatas, citatur. **Extraordinaria** s. edictalis, quæ sit per publicum proclama, vel per edictum publicis locis affixum *Struv. Exere. 5. ad ff. Th. 12.* Huic autem cum demum locus est, quando alio penitus modo reus citari non potest *Clem. i. de judic. Gail. i. Observ. 57.* cum vide- licet persona *absens* est in tali loco ad quem non tutus datur accessus *Bart. in verb. per Edict. n. 3. l. etate ff. ad SC. Trebell.* Fieri debet hæc citatio tribus repetitis vicibus vel semel per emptorię quæ tantum temporis spatiū includat. *Wesemb. jur. ff. de re jud. n. 7.* Nam absq; citatione nec Princeps contra delinquentem potest procedere ut factum sit notoriū *Menoch. de A. J. Q. c. 542. n. 21.*

87. Inter Accidentalia refertur **Contumacia**. In **Civilibus Actor si Absens** contumaciter fuerit, reus absolutiō nem ab instantia & observatione judicii petere potest *l. 73. §. 1. 2. ff. de Ju- ridic. & L. Contestatā* proceditur juxta *l. 13. §. 2. C. de judic.* Lite autem non Cont. secundum *Novell. 112. c. 2.* Contra **Reum Absentem** Contumaciter actori liberum est Lite Cont. in causa principali vel ad definitivam *l. 13. §. 1.* vel ante L. C. missione in bonorum possessionem petere *l. 2. pr. ff. Quib. ex Caus. in posseß.* Missio autem est vel ex primo vel secundo decreto. Illâ quâ mittitur actor *Custodia causa l. 12. ff. Quibus ex caus.*

ex caus. in poss. l. 3. §. ult de acquir. poss. & pignoris in bonis fugitivi con-
stituendi gratia. Ut tædio affectus reus veniat responsurus l.s. pr. ff. ut in
poss. leg. Hæc quando magistratus bona possessione civili possideriac
venire jubet l. Fulcinius 7. ff. Quibus ex Caus. in poss. eatur. In Crimi-
nalibus Actor Absens seu desistens ab Accusatione, nisi absolu-
tionem impetraverit punitur l. i. §. ff. ad SC. Turpil. extraordinario judi-
cio, poena s. librarum auril. 3. §. ult. ff. de Prævaric. Mitius tamen secun-
dum jus Saxonieum. Landr. libr. 1. art. 69. Reus Absens contu-
maciter si fuerit, bona autoritate judicis annotantur & Custodiuntur.
Quod si intra annum veniat suam innocentiam docturus, absentia cri-
men purgatur & restituitur. Si contumaciter emaneat bona ejus secun-
dum jus civile fisco ad judicabantur. Hodie v. cum Justin. Imp. postea
in omnibus damnatis excepto crimina læsa Maj. sustulerit publicatio-
nem bonorum Auth. Bona damnat. C. de bon. proscript. voluit quoq; eam
sublatam in fugitivis. Hahn. ad Wesemb. ff. de requir. vel. absent. dum. Si
mortuus bona sua ad hæredes transmittit. l. i. C. de requir. rer. Si postan-
num innocentiam suam purget, res non recipiet; sed alias poenas vitabit.
Stranch. Dis. ult. th. 19. ad Jus priv. De Consverudine Saxonica in annota-
tioni locum successit poena Banni. Dic Mordach. Brunnem. tr. de pro-
cess. inquis. c. 8. n. 22.

28. Ade ea quæ in ipso fiunt judicio, spectat probatio, quæ vari-
is modis fit. Nos hic duas saltem recitabimus species. nim. quæ fit per
testes & juramento.

29. Absens reip. causa ad testimonium dicendum non po-
test cogi l. 8. ff. de test. Absentes testes in civil. si in alio degant loco exa-
minantur à judge illius loci accendentibus literis mutui compassus We-
senb. par. ff. test. n. 5. In criminal. vero præsentes esse debent Athent. apud
Eloq. C. de fide Instrum. Absentes à judicio testes esse possunt
personæ egregiæ vel debiles, & tune tenetur judex mittere ad eas nota-
tum. l. 15. ff. de surej. c. cum olim 32. de test. c. 8. si qui testium. eod.
Producuntur testes parte adversa præsente & ad hoc citata Wes.
par. ff. de Test. n. 5. Quod si contumaciter emaneat, nihilominus in hoc
actu proceditur Nov. 90. c. 9. Producti præsentes in persona propria non
absentes per procuratorem c. licet ex quadam 47. de Testib. jusjurandum
devez

de veritate præstant l. 9. l. 19. C. de test. Etiam Episcopi & Clerici e. nuper nobis s. de testib. Quanquam multi per Auth. Sed index C. de Episc. & Cler. contrarium teneant, & Clericos sub ea fide quam semel præstiterunt altari aut Ecclesiæ ad testimonium admittendos esse putent. Verum experientia testatur Cleric. non minus quam privatos regi affectibus, ut sic periculosa sit ipsis juramentum remittere Coler. p. 1. decis. 241. n. 7. Joh. de Lugo disp. 37. sect. 14. Ad illam Auth. respondent Dd. verba finalia non tam en jnrent in Nov. 123. c. 7. ex qua dicta Auth. desumpta est non rep̄iriri.

90. Juramento. Quod vel promissorium, Confirmatorium, decisorium. & Hoc vel voluntarium vel judiciale, vel necessarium. Illa in judicio etiam per procuratorem absens præstare potest. l. 9. §. 6. l. 17. §. ult. l. 34. §. 1. fin. § 2. ff. de jurej. Hoc non Schneid. Inst. de jurej. n. 10. Licet juramentum sit actus personalissimus, adeoq; personalis ejus obligatio Hahn. ad Wesemb. par. ff. de jurej. n. 9. Tamen perinde est quemvis per se vel procuratorem in animam suam jurare. Schneid. ad §. item si quis Inst. de action. n. 108. Secundum jus Saxonicum nemo per procuratorem aut aliam interpositam personam jurare potest; adeo ut etiam pupilli in persona propria jurare teneantur, ita tamen ut actus jurandi suspendatur donec ad pubertatem perveniant, Carpzov. part. I. Constitut. 24. def. II.

91. Judicium terminat Sententia. Hanc index ipse Præsens non per alium recitare debet l. 2. C. de sentent. ex brevic. recit. Nisi sit persona illustris d. 1. 2. nisi unus ex pluribus judicibus reciteret sententiam ex mandato in præsentia aliorum. 3. Nisi sit sententia interlocutoria. 4. Nisi quib⁹ casibus sententia valet sine scriptura. Goth. ad d. l. 2.

92. Partibus Absentibus sententia lara non tenet l. 47. ff. de re judic. c. Cum Berthold. 17. de Sentent. nam absentes judicare divinæ atq; humanae leges prohibent Vant. de Nullit. p. m. 189. n. 8. l. 5. de pæn. l. 6. de Publ. Jud. debent itaq; ad hoc à judice citari. l. 7. C. Quom. & qv. Judex. cum admonitione arg. l. 8. C. eod. in hunc modum. Werden die Parthehen auf den s. hujus zu eröffnung in dieser Sache abgesessen Urtheil hiemit citireret, mit der commination. wosfern einer oder ander denselben nicht nachgeleben würde / daß alsdenn auf des gehorsamen Theils erscheinen mit der publication solle verfahren werden. Hahn ad Wesemb. par. ff. de judicatu. n. 7. verbo vel tribus edictis. Huic citationi si altera pars non compaquerit, nec suspicionem. Concumaciat legitimis excusationibus avertir,

rit, sententia firma manet & proceditur condemnatione prout delictum postulat adversus illum vel ad infamiam vel relegationem l. absentem s. ff. de pœnis, & immissio sit in ejus bona de qua supra actum est.

93. Post judicium sit **Appellatio**, quam pro absente inter ponit procurator l. 4. §. 2. & seq. l. 5. ff. de Appell. l. 2. ff. an per alium causæ appell. reddit possit. Cum mandato tamen Alias appellatio nulla est ob defecatum personæ provocantis. Hahn. ad Wesemb. par. ff. eod. Contumaciter tamen **absens** appellare nequit l. 23. §. ult. ff. de Appell. l. 7. §. ult. ff. de iudic. l. 13. §. 3. & 4. C. eod. l. l. C. quorum appell. non recipi.

Desinit hic & ABEST PRÆSENS ABSENTIA nostra

Nunquam DEI PRESENTIA

Hec nobis ADSIT, comitetur & usq; labores

Nostros, eosq; dirigat!

PORISMATA.

1. Qui nullas in jure statuunt Antinomias potius ex intentione Justiniani superstitionis, quam veritatis cupidi sunt.
2. Jus Canonicum multis parasangis juri Civili postponitur, solon. præscriptionis jure se tuetur in foro nostro.
3. Non omne pactum est conditio, nec omnis conditio est pactum propter differentiam quæ est inter substantiam & qualitatem.
4. Matrimonium nec secundum jus civile Justin. nec jure Canonico, nec moribus hodiernis solvit adulterio & malitiosa desertione.
5. Sponsalia & nuptiae non sunt contractus.
6. Matrimonium inter fratrem & sororem non est prohibitum jure naturæ.
7. Hierologia non est de substantia Matrimonii.
8. In officiosum testamentum per querelam non rescinditur.
9. Actio Pauliana est actio in personam & rem nec in mixta.
10. Rem alienam pignori dari posse statuimus,
--- --- Quamvis furat orbis & orcus.
11. Homicidium ab ebrio commissum culposum est non dolosum.

12. Ho-

12. *Divisio Jurisdictionis in Jurisd. quā talem & merum imperium de Jure civili Justiniane abhorret.*
13. *Juramentum calumniae per procuratorem prestari non posse imprudenter negatur.*
14. *Precarium nec est contractus nec quasi contractus.*
15. *Actio Personalis ex cautione, naturā sua distat ab actione hypothecaria, possunt tamen cumulari in eodem libello.*
16. *In verbis conjunctis propriè jus accrescendi locum habet.*
17. *Philosophia nobilior est jurisprudentiā, Doctor tamen Philosophia cedit Jur. Cto.*
18. *Ethica, Politica & Oeconomicā sunt tres distinctae disciplinae.*
19. *Propria salvo manente subjecto possunt ab eo separari.*

AD DN. RUDOLPHUM GASTONEM,
de Absentia publicè disputantem.

GAUTO, justitia nec non Virtutis amator
Et cultor, veris ex equi fontibus (equi
Nunc cruciat mundi quasvis absentia partes)
Presenti monstras animo, thesibusq; revelas,
Quid noceat, vel quid nobis ABSENTIA proficit.
Profit amor Juris: labor hic tibi profit, & adsit
Sedulitas; aderit sic laus & gloria. Presens
Si fuerit pietas, presentem semper habebis
Christum: nec sortis te vel presentia tolleret,
Ut perdat, vel sapere nocens absentia lades.

Henricus Rahne, J. D. & Prof.

Absens ac praesens sic voluis dogmata juris
Absens ut praesens semper ubiq; fies.
Praeclaro Dn. Authori Juris cultori
Studiofissimo

ser.
PRÆSES.

AD

*Ad Pra-Eximum, & Doctissimum
DN. RESPONDENTEM, J. U. Candidatum;
Amicum suum sincerum.*

Quid juvat immensi spectasse volumina Juris,
Quid jubeat sancto, quid vetet alma Themis,
Juris honorificum Consulti stridere nomen,
Ac inter doctos obtinuisse locum:
Autolycis furis, si prædonisq; rapacis
Pejor, nec Titulo consona vita suo.
Si tetricas diras Juris Legumq; Sacerdos,
(Ad quas obstupeat terra polusq; patens)
Ipsus in insontem ruget, si sanguine nexa
Vincula disrumpat, Justitiamq; nigret.
Hoc cœnum dignum pellatur protinus Urbe,
Noxiane tabes ista Verenda bonis.
Id decet, has sordes procul hinc & semper abesse,
Ne mala lingua probos conspuat, ac spoliat.
Dedecus hoc doctum. Non hac tibi mente sedere
Delicium Patrie nobile GASTO tue
Jam tua publicitus testatur pagina docta,
Vitæq; qualem fas, & sacra Juris volumen.
Ex quo Te novi, novi Te tempore multo,
Delicium Musis, deliciumq; mihi.
Non tu particulum præsenti sis sis arena,
Sed Juris totum quod bene doctus opus.
Vita tibi Sancta micat informata Themista,
Nec Te delectat quod vetat illa nefas.
Profuit hoc solide tractasse volumina Legum,
Nec Divam facile transiliisse pede.
Ut decet eximum Legum Jurisq; peritum,
Is si Justitiam, quam profiteetur, habet.

Tu GA.

Tu GASTO, Juris, Tu Justitiae peritus,
Nam tua doctrina consona facta tue.
Pergito sic, Patria (juro, tibi nullus adulor,))
 Juris lumen eris, Justitiae decus.
Si quis sincero sibi jure poposcit honores,
 Tu pete, cur cessas? omnia vota feres.
Plurima que quondam produxit Lumina Juris
 Te quoq; nunc sistit, REDKERIANA SCHOLA.

Andreas Amself/L.

Scribimus & totos describimus ordine libros,
Et Crambe toties cocta recoccta necat.
Acta agimus chordam miseri pulsamus eandem,
 Et de re dicta dicere, id artis opus.
Excutimus Baldos, rapimus tua vellera, Jason,
 Et turpem petimus nomina vanas stipem
Parturiunt chartae, nascetur terribilis lis,
 Lis omni semper qua repetenda die.
Hannibal ad Cathedras! vah quanta pericula, Cives
 Et remanet post tot prælia grande Nihil.
At Tu, GASTOVI meliores surgis in ausus
 Magnas das genii nunc documenta tuæ
Nil Te trita juvant, anime dent illa minores,
 Tu nobis juris nobile thema paras.
Colligo sic: Tua, cui ABSENTIA non placet, ille
 ABSENS à sanè nuncratione mibi est.

Amico optimo scrib.

M. Daniel Georgius Morhofius,
Poes. Prof. Design.

Ut flores.

UT flores delibat apis per rōscida prata,
Et dulces favos per nemus omne legit,
Floribus insultans variis; multiq; laboris
Inventi tandem premia mellis habet.
Sic Legum carpis viridantia pascua solers,
Ac ex diffuso germina jure legis,
Gnavoriter ABSENTUM nobis dum iur a recenses.
Quidq; igitur jubeant, quid fieri q; detent:
Æquum flagranti studio justumq; recondis
Cellis ingenii: premia larga feres.

Gratulationis juxtaque affectus
testandi causa

Johan. Christian. Grselini
J. U. Doctorand.

Quod Paulus, Cajus Nerva & Callistratus olim
Scripserunt, GASTO, noctesq; diesq; fidelis
Tractas, sic hostes animi post multa laborum
Millia viciisti, jacet ignorantia justi.
Quid sent, ETATES modò, quiaq; ABSENTIA possit
Quid sit quid nequeat REDKERO Præside, nostri
Lumine Parnassi queris doctèq; revelas.
Macte igitur virtute tuâ, Doctissime GASTO,
Effigies juvenum, pulchræ virtutis imago
Undiq; Musarum non ingratissimus hospes,
Constatit quondam per te Res publica salva
Nam studiis stat fixus bonos stat gloria firma
Aeternumq; struunt ventura in secula nomen.

Amico suo ex alle Gratulab.
adjecit

Johan-Fridericus Erwalt,
Jurium Cultor.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
/rosdok/ppn735196249/phys_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735196249/phys_0039)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn735196249/phys_0040](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735196249/phys_0040)



THGASTO, Juris, Tu Justitiae, peritus,
Nam tua doctrina consona facta tue.
Pergito sic, Patriæ (juro, tibi nullus adulor,
Juris lumen eris, Justitiae decus.
Si quis sincero sibi jure poposcit honores,
Tu pete, cur cessas? omnia vota feres
Plurima quæ quondam produxit Lumina Ja-
Te quoque nunc sistit, REDKERIANA S

Andrea

Scribimus & totos describimus ordine li-
Et Crambe toties cocta recocita necat
Acta agimus chordam miseri pulsamus ea
Et de re dicta dicere, id artis opus.
Excutimus Baldos, rapimus tua vellera, I.
Et turpem petimus nomina vanas stip-
Parturiunt chartæ, nascent terribilis li-
Lis omni semper qua repetenda die
Hannibal ad Cathedras! vah quanta peri-
Et remanet post tot prælia grande Ni-
At Tu, GASTOVI meliores surgis in ausus
Magnaque das genii nunc documenta
Nil Te tritajuvant, anima dent illa minor
Tu nobis juris nobile thema paras.
Colligo sic: Tua, cui ABSENTIA non placet
ABSENS à sapientiæ nuncratione mibi

Amico

M. Daniel Georgiu
Poef. P

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Patch Reference numbers on UTG3 Serial No. _____

the scale towards document



Image Engineering Scan Reference Chart UTG3 Serial No. _____

ofius,
n.

Uifloref